



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 3. De Peccatorum comissorum cognitione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

men oculorum nostrorum, solatium vite nostræ? *Omnis  
mal in te uno habentes, te non debemus dimittere à nobis.* In  
spectu peccati venialis verò maximè cum plena deliberatione  
ne admissi effectus & sagittæ sunt. 1. Quòd DEO displiceat.  
2. Amorem & amicitiam DEI erga homines imminuat.  
3. Munificentiam DEI erga nos suspendat.  
4. Deformitatem quavis deformitate corporis  
graviorem afferat. 5. Debilitatem ad bene operandum  
ciliat. 6. Ad peccatum mortale velut morbus periculosus  
disponat. 7. Pœnam omnibus pœnis & doloribus huius  
mundi graviorem mereatur. 8. A visione & fruitione  
ad tempus suspendat post mortem. 9. Cœlestium con-  
lationum affluxum impediatur. 10. Familiaritatem cum  
& Cœlitibus imminuat. 11. Fervorem tepefaciat, sicut  
qua in ignem effusa. 12. Meritum & præmium in-  
quod eo tempore, quo committitur, obtineri potuissent  
diat, & defraudet.

## §. III.

## De peccatorum commissorum cognitio

I. Quod DEVS olim Israëlì per Jeremiam Prophe-  
c. 31. dici iussit, hoc meritò quavis anima viam purgationis  
auspicatura sibi applicare potest: *Statuo tibi speculum, & tibi  
tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, & non  
bulasti.* Verè enim potissima causa, cur Homines  
rùm ad vite emendationem incitentur, est, quòd seip-  
miserum animæ suæ statum non cognoscant, uti S. Bernardus  
pulchrè in serm. quodam indicavit, in Persona DEI  
O Homo; si te videres, mihi placeres, & tibi displiceas.  
quia te non vides, tibi placebis, & mihi displices. Venet  
cum nec mihi, nec tibi placebis: mihi, quia peccasti: tibi  
ardebis. Meritò ergo speculam, aut speculum potius  
statuit, in quo præteritam suam vitam cognoscat, & accipit  
cendo defleat, & deflendo corrigat. Triplex autem per h  
finem speculum usurpare potest.

II. Primum est ipse DEVS, de quo S. David Psal-  
xit: *Accedite ad eum, & illuminamini.* Nam, ut S. Gregorius  
1.3 r. moral. advertit, *Cognoscere se non potest anima,*

se non est, nisi etiam divine luci appropinquet. Quare clamet peccatrix anima cum S. Davide Psal. 66. *DEVS misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, ut cognoscamus in terra viam tuam, imò nostram, quàm per præteritam vitam ambulavimus.*

III. Alterum speculum est memoria aut sinus proprius, de quo Jeremias Propheta c. 2. locutus est, cum dixit: *Vide vias tuas in convalle: scito, quid feceris. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* Clarius verò hoc ipsum speculum indicavit, S. Gregorius l. 10. mor. c. 22. dum dixit: *Electi intra sinum cordis adversum se, quidquid impugnat, enumerant: ibi ante oculos suos omne, quod desleant, coacervant: ibi, quidquid per iram districti iudicis discerni possit, intuentur: ibi tot patiuntur supplicia, quod pari timent.*

IV. Tertium tandem speculum libri sunt, qui varios peccatorum Catalogos continent, atque adeò merito speculo comparari possunt, in quo anima maculas, quas in secundo memoriæ suæ speculo sufficienter cognoscere non potuit, clarius deprehendat. Quare de ejusmodi libris sibi dictum putet, quod S. Joannes olim Apocal. 10. audivisse se testatur: *Accipe librum, & devora illum* (diligenter & prudenter perlegendo) *& faciet amaricari ventrem tuum* (aut cor potius salutari dolore de peccatis excitato) *sed in ore tuo erit dulce tanquam mel* (si videlicet peccata cognita per dolorosam & sinceram confessionem Sacerdoti explicaveris.)

CAPUT II.

DE ACTUALI PECCATORUM DETESTATIONE ET DELETIONE.

I. **A**lter Viæ purgativæ scopus est actualis detestatio peccatorum, seu Justificatio peccatoris, quam DEVS per Prophetam Jeremiam loc. supra cit. indicavit, dum præcepit, ut, post statutam speculam ponat amaritudines sibi; per has enim amaritudines nihil aliud intelligitur, quàm actus illi, qui ad actualem Peccatorum detestationem & excoriationem requiruntur, & quinque potissimum ab Ascetis numerantur.